[Anno a]b urbe condita cccc philippus amintae filius alexandri pater regnu
macedonu adeptus xxv an(nis) tenuit quibus hos omnes acerbitatum acer
uos cunctasque malorum moles struxit; Hic primum ab alexandro
fratre obses thebanis datus per triennium apud epaminondam strenuissimu
imperatorem et summu philosophu eruditus est; Ipso autem alexandro
scelere euridicis matris occiso quamuis ea iam commisso adulterio et alte
ro primum filio interfecto filiaq; uiduata generi nuptias mariti morte pepi
gisset; conpulsus a populo regnu q(uo)d paruo occissi fratris filio tuebatur sus
cepit; Qui cum foris concursu audentiu (exurgentium) undique hostium domi h(ostium) dep(re)hensa
rum sepe insidiarum metu fatigatur Primu bellum cum atheniensibus
gessit quib; uictis arma ad illyrios transtulit Multisq; milib(us) hostium
trucidatis larissam urbem nobilissimam caepit; Inde thesaliam n(on) magis
amore uictoriae qua ambitione habendoru aequitum thesalorum; Quo
rum robor ut exercitui suo admisceret inuasit Itaq(ue) thesalis ex inprouiso
p(rae)occupatis atque in potestatem redactis iungendo aequitum peditumque
fortissimas turmas et copias inuictissimum fecit exercitum;

Igitur uictis atheniensibus subiectisque thesalis olimpiadem aeuruchi
ae regis malossorum sororem duxit uxorem; qui auru cha cum p(er) hoc q(uo)d se
et tatem macedonum adfinitate regis paciscebatur imperium suu
se dilataturu putaret ab hoc deceptus amisit priuatusque in exilio consenuit;
Deinde philippus cum mathonam urbem oppugnaret ictu sagittae oculu p(er)
didit Ipsam tamen urbem mox expugnauit et caepit; Exin greciam prope
totam consiliis p(rae)uentam uiribus domuit; Quippe greciae ciuitates du
imperare singulae cupiunt imperiu omnes perdiderunt; Et dum in mod(um) n nisi
tuu exitu (sine modo ruunt) sede derunt omnibus ... perire q(uod) singulae amit
terent opp(re)sse demum seruientesque se n(on) serunt Quarum du insanas
conuersationes filippus uelut in specula obseruat; Auxilium que
semp(er) in ferioribus suggerendo contentiones bellorum fomites calli
dus doli artifex fo(u)et uictos sibi pariter uictoresque subiecit; Huic au
tem ad optinendam totius greciae dominationem inmoderata thebano
rum dominatio facultatem dedit Qui uictos lacedemonios ac

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_829/0077